Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Pausis de parrochia Sancte Marie de Kaldis [illegible] sed bona et libera voluntate et ex certa sciencia. Dono tibi Arnaldo filio meo et tuis pro parte hereditate legi-
tima et melioratione tuo. Et propter nuptias tuas titulo perfecte donationis irrevocabilis [illegible] meum sponsalicium sive donationem quam Bernarda de Sancto Fructuoso uxor mea condam fecit et asignavit mihi
propter nuptias nostras in omni manso de Sancto Fructuoso et in suis pertinenciis. Quod ipsius mansi cum omnibus aliis mansis et honoribus suis ipsa dicta Bernarda mater tua ad obitum suum tibi dedit et legavit in
suo ultimo testamento. Quam dictam donationem et legationem a dicta matre tua tibi factam in presenti laudo tibi cedo et approbo. Quem itaque sponsalicium predictum et etiam totum mansum ante dictum et omnes alios man-
sos et honores et possessiones ubique sint longe ut prope ut ipsos liberos dominos predicta tenent. Et totum mobile tibi dicto Arnaldo filio meo et tuis dono et trado concedo et approbo sicut melius ipsa dicta mater tua condam
habuit et tenuit et possedit. Et ego nunc habeo et possideo in aliquibus locis. Ad tuas tuorumque voluntates libere faciendas sicut melius et sanius dici et intelligi potest sive excogitari ad tuum tuorumque
salvamentum sive proficuum. Salvo tamen iure dominorum a quibus predicta tenentur. Sub tali vero condicione tibi et tuis dono et trado quod nos ambo insimul et uxor tua Maria quam de presenti ducturus
es omnia predicta teneamus habeamus et possideamus. Et sim ego semper dominus et potens de omnibus predictis de omni ustamia(?). Et si forte quod absit discordia inter nos evenerit quod in spatio triginta dierum
pacificari non poterimus ad laudem et consilium proborum hominum et amicorum nostrorum. Retineo etiam partem de omni supradicta donatione et approbatione. Quam dictam etiam partem ego teneam de
omnibus diebus vite mee. Et post obitum meum omnia predicta penitus tibi et tuis revertantur sine aliqua diminucione. Solutis tamen prius CCC solidis huius monete barchinone de terno quos retineo ad
obitum meum ad omnes meas voluntates libere faciendas. Dono etiam et dimitto mando et constituo quod nos ambo insimul donemus et persolvamus Berengarie filie mee et Bernarde condam uxoris mee communis
DCCCC solidos huius monete barchinone de terno. Quos dictos nongentos solidos ipsa habeat semper pro parte hereditate legitima et porcione paterna et materna sibi competente ut tibi petitam tamen ratione mei
et ratione dicte matris sue. Et hoc est in termino castri de Munbuy et in parrochia Sancte Marie de Kaldis. Quod est factum X kalendas februarii anno domini M CC LXII. Sig+num Guillelmi de Pausis predicti
qui hoc facio et firmo. Testes huius rei sunt Bertrandus de Sancto ephoro(?). Bernardus de Far(?). Guillelmus de Comella clericus. ff. draper.

Ego Petrus de Gualobello capellanus Sancti Petri de Terracia qui hoc scripsi cum litteris suprapositis in XI linea ubi dicitur condam die et anno quo supra.

Guillem Pauses, de la parròquia de Santa Maria de Caldes, dóna al seu fill Arnau, com a [...], 23/1/1262, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers

Nº 31 (360)
1262

Guillem Pauses, de la parròquia de Santa Maria de Caldes, dóna al seu fill Arnau, com a [...], 23/1/1262, p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers